

Ad 22 ora
A N T O N I I
A V G V S T I N I
I V R E C O S.

Emendationum, & Opinionū Lib. IIII.

*Eiusdem ad Modestinum sive de Excus.
Liber Singularis.*

I T E M,

Lælij Taurcelli,
Ad Gallum, & legem Velleam,
Ad Catonem, & Paulum,
De militiis excasu.

*Omnia quidem secundum Pand.
Flo. editionem.*



L V G D V N I,
Apud Ioannem Frellonium.

1560

A N T O N I I A V G V -
S T I N I E M E N D A T I O -
N V M E T O P I N I O N V M
Liber Primus, ad MICHAEL -
LEM MAIUM Pro -
cancellarium.



V M à primis temporibus etatis ita nos,
Mai, iuriis civilis cognitione dederimus, ut
doctissimis hominib. audiendis multos annos
nos peregrinationem nostram non molestè
sulerimus: & cum ab eorum latere discessimus,
capimusque nostras operas ad iuris
civilis libros intelligendos applicare, qua
in re & veterum peritorum, & nostrorum temporum iuris
interpretum libris uteremur, addidicimusque curae nonnihil
Latine Graecæque lingue, quod veriusque maximam con
gnitionem in nostrorum librorum optimis auctoribus vides
remus: Nulla res nos magis dubios incertosque dimittebat,
quam quod non eandem omnibus legum libris scripturam,
quodque molestissime semper tuli, contrariam nō uno atque
altero loco, sed pæne sexcentis inueniremus. Namque ita exis
timabam, non posse quemquam aliorum disceptationes defini
nire, aut de iure interrogatum respondere, aut discipulos do
cere suos, aut defendere clientes. quæ iuris consule munia es
se putantur, si de legum ipsarum verbis dubitaret. Itaque
cum didicissem optimam iuriis civilis partem ex nobilissimis il
lis libris, qui Florentiae nunc sunt, patrum nostrorum memo
ria fuerant Pisces, exscriptam esse: cum primum per ceteras
rum partium iuris studia licuit, à COSMO MEDICE Tus
corum Duce humanissimo impetravi, per IOAN. LVNAM
etiam meum, virum ob rei militari peritiam, integerrimam
fidem generis nobilitatem, morum comitatem, Cæsari Hetrus
cie que toti valde carum, ut mihi & IOAN. METELLO
Sequano, adolescenti moribus & ingenio preclaris, tandem
illu libris utiliceret, quandiu nostrorum librorum emenda
bioni operam dare voluiimus. Nos vero id egimus, ut non sec
lum

DE FLOREN-

TINIS PANDECTIS,

An verum sit ex eis ceteras esse exscri-
ptas, utque erratum in omnibus

libris sit, præpostere quibus-
dam chartis scriptis,

arque etiam ti-
tulis. I.



Vo. honore, quaq. vt ita loquas,
veneratione Eborucæ pandectæ
Pisic olici, nunc Florentiaæ habili-
tæ sint, arbitror ignorare nemini-
nem: id tamen iure iniuriæ
fiat, venit nonnunquam in dubi-
tationem. Nam qui eos libros
ab ipso Iustiniano, aut à Tribon-
iano potius, conscriptos existi-

mant, vt cum de alicuius loci scriptura dubitaretur, ha-
berent homines, quò venirent, mindi Cæsarum maiesta-
tem existimant, si non omni honoris genere cumulen-
tur.^a Qui vero introspexerit mancam aliquando, & li-
turis punctisq. notatam crebrius, quam optimis libris
faciendum erat, scripturam: ^b item illi, qui quod ipsi
efficere non possunt, vituperant: reprehendendoscos
esse arbitrantur qui in legendis illis elaborant. Sed mi-
hi neutri audiendi esse videntur. Nam cum eos libros
diligentissime perlegisse, in ea sententia sum, vt vni
cum illud quidem exemplum arbitrer, ad quod omnes
omnino qui hodie extant Digestorum libri conscripti
sunt: sed tamen id non credam Iustiniani tempore scri-
ptum fuisse. Vtrunq. quib. argumentis mihi probetur,
ostendam. Et principio illud, quod in omnib. reb. per
magnum existimatur, præter eūdum non est, omnium
iuris ciuilis studiosor. hominum eam esse à maiorib.
acceptam opinionem, & à veterib. præceptorib. per ma-
nus ad nos traditam sententiam, illos libros integri-

^a Ang. Poli.
in epis. &
miscel & Bo-
lo. interpr.
^b Asc. lib. iij:
ca. xij. dis-
pun. & 5. Cq-
to.

LECTORI.

Commonefactum te velimus, candide lector, nos in
quibusdam, propter Florentinar. Pandectar.
scripturam, à recepto scribendi usū discessis-
se, ut illam ipsam antiquitatem representare-
mus. Itaq. semper scribendum est quicunq.
epistula, nonnumquam, condicio. Mucius, he-
res, ceterum, & alia id genus. Notas quoq.
omnes, si per librarios, & Accursianos nostros
licuisset, libenti omissemus animo: his paucis
exceptis quib. crebro vitimur, Omnib. maior.
atq. que in illis libris reperimus, sed raras.

L V G D V N I,

Excudebat Symphorianus

Barbierus.